

# QUÆSTIONES ANNO 1870

COLLATIONIBUS THEOLOGICIS DISCUTIENDÆ

in Archidiocesi Quebecensi

## MENSE JANUARIO.

Paulus, vicarius, prædicans circa concilium, fusori sermone de infallibilitate Ecclesiae concionem habet. Docet inter cetera 1° infallibilitatem soli competere concilio, minime autem Romano Pontifici; 2° eamdem infallibilitatem concilio competere etiam in cis quæ scientias sive naturales sive intellectuales spectant. Petrus, parochus, animadversiones inter praudium injicit quæ vicario ambigendi materiam afferunt. Unde Titio, theologo, anxius mandat litteras querens:

- 1°. *Quid sit subjectum infallibilitatis?*
- 2°. *Quid sit objectum infallibilitatis Ecclesiae?*

Simpronius, parochus, prædicat esse peccatum grave per hebdomadam omittere orationes quotidianas. Queritur utrum recta sit haec doctrina?

## MENSE MAIO.

Joannes, confessarins, in danda vel deneganda absolitione unicam habet regulam, penitentem scilicet loqui *pro se et contra se*, et si dicat se de peccatis dolere, et propositum habere non amplius peccandi, posse semper absolvi.

Marens vero denegat absolitionem omnibus recidivis et consuetudinariis, donec perfecte emendentur; imo ad repetendas confessiones præteritas eos adigit, utpote firmo proposito destitutas, ac preiude sacrilegas. Queritur:

- 1°. *Quanam sint dispositiones requisite ut penitentia possit absolvi?*